herodis regis, Ecce magi ab oriente ue
nerunt hierosolimam dicentes. Ubi est qui
natus est rex iudeorum; Uidimus enim stellam
eius in oriente. & uenimus adorare eum.
Audiens autem herodis rex turbatus est. & omnis hie
rosolima cum illo; Et congregans omnes prin
cipes sacerdotum & scribas populi sciscita
batur ab eis. ubi xpistus nasceretur; At illi dixe
runt ei. In bethlem iudae. Sic enim scriptum est
per prophetam; Et tu bethlem terra iudae
nequaquam minima es in principibus iuda;
Ex te enim exiet dux. qui regat populum meum
israhel. Tunc herodis clam uocatis magis.
diligenter didicit ab eis tempus stelle que ap
paruit eis. Et mittens illos in bethlem.
dixit; Ite. & interrogate diligenter de pu
ero. & cum inueneritis renunciate mihi.
ut ego ueniens adorem eum; Qui cum au
dissent regem abierunt; Et ecce stella
quam uiderunt in oriente. antecedebat eos
usque dum ueniens staret supra ubi erat
puer; Uidentes autem stellam gauisi
sunt gaudio magno ualde; Et intran

ante redemptoris aduentum angeli ab
hominibus adorari & tacere ; Postmodu
uero adorari refugiunt ; Nisiquod na
turam nram quã prius dispexerant ;
Postquã hanc sup se adsumptã conspiciunt .
substratã sibi uidere p timescunt ; Nec ea
cia sub se uelud infir ma contempnere ausi
sunt . quã sup se uidelic& in caeli uenerantur ;
Nec habere dedignati sociũ hominem
qui sup se adorant hominẽ dm ; Curem ;
ergo frs kmi nequaquã nos inmundicia pulluat .
qui in aeterna psencia & di ciues & angelis aequa
les sumus ; Uindicemus moribus dig
nitatem nram ; Nulla nos luxoria inqui
n& . nulla turpis cogitacio accus& ;
Non malicia mentem mordeat ; Non
inuiciae rubigo consummat ; Non elaccio
infl& . non ambicio p terrena oblectamta
delani& . Dii & enim uocati sunt homines ;
Defende ergo tibi homo contra uicia hono
rem di . quia pp te factus est ds homo . Lec
IN ILLO TEMPORE . SCI EVAN SECD MATHE
Cum natus eet ihs in b&hlem iude in dieb .